



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

CXLVIII. De dispensatione a voto perseverantiæ pro Congregatione
Clericorum Doctrinæ Christinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

mus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus
valituris.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsen-
tium literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate
constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique
habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si fo-
rent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majo-
rem sub Annulo Piscatoris die XXIX. Julii
MDCCXVI. Pontificatus Nostri Anno Decimo-
sexto.

CXLVIII.

Reservatur Summo Pontifici dispensatio a Voto
perseverantiæ pro Congregatione Clericorum
Doctrinæ Christianæ.

*De dispensatione Voti, ac juramenti horum Cleri-
corum vide Inn. XII. Const. ed. 1699. Jun. 23.
P. 8. De suffragio deliberativo pro Definitorum
adjuncto hujus Pontificis Const. ed. 1714. Jun. 11.
P. 14. Et Bened. XIII. Const. ed. 1723. Nov. 24.
P. 1. extat eadem reservatio pro Congregatione in
Regno Neapolitano.*

Dat. 28. Sept.
1716. An. 16.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

In Capitulo
Gen. 1715.
decretum
fuit, ut Novi-
tium emitterent
stabilitatis
votum, ejus
dispensatio
spectaret ad
Rom. Pontifi-
cem.

EXponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii
Præpositus, Diffinitores, ac Presbyteri Con-
gregationis Doctrinæ Christianæ de Urbe, quod
ipsi ad augendam, & conservandam eorum Con-
gregationem in Capitulo Generali die 14. Maji
anni proxime præteriti habito, illique præside-
nte dilecto filio nostro Francisco Maria Casini ti-
tuli Sanctæ Priscæ S. R. E. Presbytero Cardinali
Sanctæ Priscæ nuncupato Visitatore Apostolico
Congregationis hujusmodi a Nobis deputato de-
creverunt, ut de cætero Novitii post probationis
annum votum stabilitatis, cujus dispensatio No-
bis, & Romano Pontifici pro tempore existenti
reservata sit, emittere teneantur. Nobis prop-
terea humiliter supplicari fecerunt, ut in præ-
missis opportune providere, & ut infra indulge-
re de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces Con-
gregationis.

§. 1. Nos igitur dictos Exponentes speciali-
bus favoribus, & gratiis prosequi volentes, &
eorum singulares personas a quibusvis excom-
municationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis
a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ
existunt ad effectum præsentium dumtaxat con-
sequendum harum serie absolventes, & absolu-
tas fore censentes, hujusmodi supplicationibus
inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum
S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Inter-
pretum, qui ad Dubium propositum, an & quo-
modo prælatorum exponentium precibus esset
indulgendum in casu &c. affirmative pro ingre-
ssuris tantum, responderunt consilio, dispensa-
tionem super dicto Voto perseverantiæ Nobis, &
Romano Pontifici pro tempore existenti dumtaxat
auctoritate Apostolica tenore præsentium
reservamus, & quatenus e dicta Congregatione
sine dispensatione hujusmodi egrediantur ab exer-
cicio Sacrorum Ordinum suspensi remanere de-
beant, salva tamen semper in præmissis aucto-
ritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Reservatio
d. dispensa-
tionis pro in-
gressuris tan-
tum secun-
dum Con-
gregationis
Concilii De-
cretum.

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas
semper firmas, validas, & efficaces existere,
& fore, suosque plenarios, & integros effectus
fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat,
& pro tempore quandocumque spectabit, in-
violabiliter observari: sicque in præmissis per quos-
cumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam

Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, &
definiri debere; ac irritum, & inane si secus super
his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitu-
tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec-
non dictæ Congregationis Doctrinæ Christianæ,
etiam juramento, confirmatione Apostolica,
vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, &
consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis,
& literis Apostolicis in contrarium præmissor-
um quomodolibet concessis, confirmatis, & in-
novatis. Quibus omnibus, & singulis illorum
tenores præsentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis, ac ad verbum insertis habentes, illis
alias in suo robore mansuris, ad præmissor-
um effectum hac vice dumtaxat specialiter,
& expresse derogamus, cæterisque contrariis
quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majo-
rem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Septem-
bris MDCCXVI. Pontificatus nostri Anno De-
cimosexto.

Conceditur Provinciæ Silesiæ Monachorum Ci-
stercien. communicatio Indulgentiarum totius
Ordinis, & Monasteriorum Superioris Ger-
maniæ.

CXLIX.

*Eandem communicationem quinimo amplio-
rem vide concessam pluribus Provinciis Const. ed. 1715.
Mar. 7. P. 15. Et Bened. XIII. Const. ed. 1728.
Jan. 25. P. 5. confirmantur privilegia Ordinis.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

PASToralis officii, quod Authore Deo gerimus,
debitum exigit, ut paternam Christifide-
lium divinis obsequiis sub suavi monasticæ vitæ
jugo mancipatorum curam gerentes, felicibus
eorum in via Domini progressibus, quantum
Nobis ex alto conceditur, consulere jugiter stu-
deamus.

Dat. 8. Oct.
1716. An. 16.

Exordium.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii moderni
Visitator, & Vicarius Generalis, alique Præ-
lati Provinciæ Silesiæ Ordinis Cisterciens. Nobis
nuper exponi fecerunt, ipsi privilegia, gratias,
& indulta quibus dictus Ordo Cisterciens. ejusque
Monachi Germaniæ Superioris fruuntur, sibi,
ac omnibus dictæ Provinciæ Monasteriis, quem-
admodum aliis Monasteriis Ordinis hujusmodi a
Sede Apostolica concessum fuisse memoratur a
Nobis communicari plurimum desiderent. Nos
ipso exponentes specialibus favoribus, & gra-
tiis prosequi volentes, & eorum singulares per-
sonas a quibusvis excommunicationis, suspen-
sionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sen-
tentiis, censuris, & penis a jure, vel ab homi-
ne, quavis occasione, vel causa latis, si quibus
quomodolibet innodatæ existunt ad effectum
præsentium dumtaxat consequendum harum se-
rie absolventes, & absolutas fore censentes,
supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc
humiliter porrectis inclinati de Venerabilium
Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium nego-
tiis, & consultationibus Episcoporum, & Re-
gularium præpositorum, qui relationem dile-
cti, etiam filii moderni Procuratoris Generalis
dicti Ordinis super præmissis eisdem Cardinalibus
factam attenderunt consilio, enarratam com-
municationem privilegiorum quoad Indulgen-
tias tantum prædictis Prælati, & Monasteriis
Provinciæ Silesiæ hujusmodi, auctoritate Apo-
stolica tenore præsentium concedimus; salva
tamen semper in præmissis auctoritate Congre-
gationis eorumdem Cardinalium.

Preces Præ-
latorum pro
privilegiis
universis.

Concessio
quoad Indul-
gentias tan-
tum.

§. 2. Decer-